Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

ouem vnam rapuit Cuius rei causa
nutrix sua ipsum increpabat. Intesti-
num itaque eo ingrediente eadem pa-
scua cum ouibus suis. vidit lupum
cum oue intra fauces rabidas illesa
appropinquantem. et intactam coram
eo exponit atque commendat Ecce mira
res facta est. vt feroces dentes ab-
stineret se ab alimento consueto Videns
ergo nutrix illius tantam graciam insig-
nis faciendis in eo exardescere. in
paciencius eum amabat. et sine eo co
Alio videlicet tempore numquam volebat
tempore illo perambulante ambulare.
cum ea premendi scilicet lactis causa.
diabolus vnam vaccarum ingreditur. in
tantum eam infestauit vesanam facies.
vt alias quoque vaccas lacerando oc
cideret. illaque ipsa cum multa vesani
a sua deserit armenta. Puer interim
modicam mensuram sibi repleri de
lacte postulabat. Ad quem nutrix
respondens aiebat Non nos ista agi-
tes. Nonne vides quomodo dissipate
sunt vacce nostre. Cum ergo videret
miserabilem causam. quoque vaccas
reuiuiscit. et eam vesanam plau
dendo manibus reuocat ad sua. et
demonium ab ea abiecit. et mitis fac-
ta lambebat manus eius et pedes ac
vestimentum In multis alijs virtutibus
sanctus puer clarus extitit. et magni-
ficabatur nomen dei in eo.
Alio die congregata multitudine
magna in quandam curiam forte ma-
ritus matertere qui et ipse nutriuit
eum portans eum in humeris suis. contigit
vt et ille moreretur alumnus in curia.
Omnes stupefacti hoc casu fleuere
alumni cognati. et coniunx planxit

dicens Quare reliquisti puer por-
titorem tuum mori. Ille autem senesci-
ens. ad alumnum suum cucurrit. Cui
suas manus circa collum dedit
dicens surge eamus Qui confestim sur-
rexit ad verbum pueri.
Causa hec erat prime peregrinaci-
onis. atque aduentus eius in scociam
Scotensis exercitus classe de more
conducta. stipataque multitudine
nauium. cum frequenter transnauigas-
set in hiberniam. multos inde ducebat
captiuos Et hoc idem solite facies
casu contulit vt ipse cum sorore sua
inter captiuos deprehensus duceretur
in scociam. qui centum annum a toto
vtroque seru erant Eo autem tempore
patricius erat annorum xvi ipso ma-
nifeste attestante. qui in libris su-
arum epistolarum ita ait. Quando ego
captiuus sum. annorum eram tunc fere
xvi Deum enim verum ignorabam. et
ad hiberniam ductus sum in captiuitate.
cum tot milibus hominum secundum merita
nostra. quia a deo recessimus. et precepta
eius non custodiuimus. et sacerdoti-
bus nostris non obedientes fuimus. qui salu-
tem nostram admonebant. Et ibi dominus
aperuit sensum incredulitatis mee.
vt vel sero rememorarem delicta mea. et
vt conuerterer toto corde ad dominum deum
Patricius qui vocatur magnum.
ex succe degnie brittonum ortus
fuit. et non longe a mari est patria
eius. et locus in quo natus est consi-
stit. Cuius pater calpurnius filius po-
titi venerabilis viri. mater vero eius
conches dicebatur filia ochymus.
Huius viri beati parentes erant religiosi.
Cum autem esset puer annorum xvi.